



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 50. Ratisbona a Maximiliano Electtore occupata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

cum Friderico Palatino, & Augusto Sæc. XVII.  
 Neoburgico ceterisque omnibus toto A.C. 1632.  
 pedum nisu aufugit. In eo receptu  
 plusquam quingenti ex Suecis occu-  
 buere, pluribus insuper captis, tribus-  
 que navibus onerariis in Danubio in-  
 terceptis. Tum vero Franciæ Legatus  
 nomine Estinæus seu San- Stephanæus  
 inter Sueciæ Regem & Bavarum indu-  
 cias tentabat, irrito tamen conatu,  
 eodem quoque successu Daniæ Rex pa-  
 cem Sueco Regi suadere nitebatur.

## §. L.

*Ratisbona a Maximiliano Electore  
 occupata.*

Fervente adhuc obsidione Maximilia- *Annal. Boic.*  
 no Bavariæ Electori die prima Maji *p. 3. l. 17.*  
 nuntiabatur, Gustavum Hornium cum *Calmet Hist.*  
 valido Suecorum agmine Ratisbonam *Univ. l. 150.*  
 properare. Igitur relictis Ingolstadii  
 duntaxat sex legionibus, quarum for-  
 titudinem numero Suecorum parem  
 existimabat, cum reliquo exercitu Ra-  
 tisbonam, urbem semper, ac præcipue  
 toto hoc bello Religioni Catholicæ &  
 Bavariæ oppido infensam, contendit,  
 delusaque Suecorum, qui in insidiis la-  
 tebant, solertia copias suas noctu ad-  
 movit, & Salesii Viri apprime Catho-  
 lici opera usus, duos milites Bavaros

Nn 4

clam

Sæc. XVII  
A. C. 1632

clam Tur: im ad portam, cui a D. Pet: nomen, consondere jussit, ut exerbitorem Lutheranum, ne adventantes legiones edito signo proderet, prepedirent; postea Salesius scito matr: portam aperit, emissaque cohors excubias a foro, necnon cives a bombardis removet, datoque signo bis: equitum Bavarorum turmas in urbem admittit, quibus altera pedestris militiæ cohors mox succedens sine omni pene obstaculo in urbem penetrat. J: bentur cives arma deponere, atque undecim Equestres, & duas pedestres regiones in præsidium admittere: Pa: lopost Cæsar ad civium querelas Maximilianum hortabatur, ut cum ipsis mitius ageret: unde graviore præsidio aliisque exactiōibus liberati fuere: Maximilianus vero in Superiorem Palatinatum movit, & Sultzbachum de ditione cepit, non multo post a Gustavo recuperatum.

§. LI.

*Monachium, totaque Bavaria a S: cis devasta.*

*Lotich. I. c.* Interea Wallensteinius unico trimetri  
*Annal. Boic.* triginta armatorum millia, quam  
*p. 3. l. 17.* plurimis ad solum tanti Belliducis no:  
*§. 52.* men undique ad ejus signa confluentibus,  
*Barre Hist.* d'Allemagne  
*tom. 9.*